

## Alte Drucke

**CONCIONES || IN EVANGELIA || ET EPISTOLAS, QVAE IN ||  
PRAECIPVIS ET ALIIS TOTIVS || anni festis diebus populo  
in Ecclesia proponi || solent, è ...**

**Priele, Gilles vanden**

**Parisiis, 1566**

**IN FERIIIS PVRIFICATIONIS B. MARIAE, EPISTOLA.**

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

est. I. Corint. 6. Sancti mundum iudicabunt.

3 Magna consolatio & promissio. Qui propter Euangelium Christi carnalia reliquerit, spiritualia bona recipiet, que sunt, ut centenarius numerus exiguo numero collatus. Oculus non videt, nec auris audiuit quae preparauit Deus diligentibus scilicet. Cor. 2. Isa. 6. 4. Et momentanea lenitas afflictionis nostre, supra modum pondus glorie parit. 2. Corint. 4.

IN FERIIS PURIFICATIONIS  
B. MARIAE, EPISTOLA.

Hec dicit dominus Deus: Ecce ego mitto annum meum, &c. Finis Epist. Et sicut anni antiqui.

**N** hoc vaticinio Propheta Malachias praesertim quatuor facit, quae plurimum faciunt ad fidei nostrae certitudinem. Primo, quando & quo venturus esset Messias, cum dicit, recedit dominus: Ecce ego mittam angelum meum, & preparabit viam meam ante, &c. E quibus verbis innuitur, Tempus rectum statim venturum Messiam, quando venisset angelus domini Messiae praecursor. At Iohannes Baptista is post aduentum angelus & praecursor (vt obganniant Iudei) verè fuit, cum praeceperat & nemo aliis præter eum, uti satis constat ex verbis soris angeli ad Zachariam, Lucæ 1. & proprio etiam ipsius Iohannis testimonio, Iohan. 1. Nam hic missus erat a Deo, ut præpararet viam domini, pararetque domino plebem perfectam. Item Mat. 11. Marc. 9. dicitur Iohannes angelus seu nuntius Dei, ob angelicam & doctrinam & conuersationem.

Verum dominus noster Iesus statim Iohannem sequutus est, idque & in conceptione, & in nativitate, & in præsentatione, nam cōceptus natus ac præsentatus sexto mēle fuit post illius conceptionem, nativitatem & præsentationem, & in predicatione securus est & in morte: quod & ipse Iohannes apertissime testatus est, dum sic de Iesu dixit, Hic est de quo dicebam: Post me venit vir qui me antecessit, quia prior me erat, Iohan. 1. Consequitur itaque hinc, Iesum illum nostrum verè & fuisse & esse dominatorem dominum seu Messiam, quemadmodum sanè & à Io-

I N F E R I S

hanne pro Messia & agnitus est, & deprædicatus.

*Messias quòd* Sed quónam statim venire debebat Messias? Ad templum sanctum suum, inquit, Hoc verò & in domino Ie-beat ostendit su completū verè est, ut hodiernū Euangelium testabitor. Nam 40. die à nativitate sue ad templum domini

in Ierusalem à parentibus delatus est, ibique domino præsentatus, ne dicam interim de aliis temporibus, quibus ipsem templum adiit, ibique docuit quotidie ferè. Consequitur igitur etiam hinc Iesum nostrum verè Messiam esse.

*Messias qualis futurus sit vaticinatur.* 2. Secundò vaticinatur qualis Messias esset futurus: & ait illum fore dominatorem, & angelum testimoniū. Vnde nimirum clarè colligitur, Messiam & Deum & hominem fore. Nam dominatorē esse, diuinitatis est: angelū verò testimoniū, humanitatis. At talis dominus Iesus verè minem fore fuit, verus nimirum Deus, & verus homo: ut scriptura passim testatur, & ex Simeonis etiam elogio apertissimè cōstat. Dominator quidem est, quia dominus est omnium, habens potestatem omnem & in cælo & in terra: iudex viorum & mortuorum: splendor paternæ glorie: expressa imago substantiæ Dei, moderans omnia verbo potentia sua. Act. 10. Matth. 11. & 28. Iohann. 5. Hebr. 1.

*Messias angelus testator & mediator.* Angelus verò testamenti est, quia è cælo à patre in terras per assumptam humanitatem est missus: reconciliator & mediator factus est Dei & hominū, pacificans per suum sanguinē & quæ in cælis, & quæ in terris sunt, Iohan. 5. 1. Timot. 2. Ephes. 2. Iā itaque certissimi sumus, nostrum Christum verū Messiam esse, verèque esse Deum & hominem, nouique testamenti in sanguine suo reconciliatorem, Hebr. 9. Frustraque Iudeos alium expectare.

3. Ceterū quodd ad tertium pertinet, à quibus videlicet agnoscendus esset Messias, aperitur, quum ad hunc modum dominus inquit: *Ecce veniet, dicit dominus exercitū, & quis poterit cogitare diem aduentus eius?* Ex quibus verbis clarè colligitur Messiam à paucissimis cognoscendū Perpaucissim fore, & perpaucissimos temporis aduentus eius habitu-mi temporis ros rationem. Hoc ipsum certè & in nostro Christo quā aduentus, eidētissimè euenit. Priusquam enim is venisset & ap-messia ha-paruisse, optabant omnes accelerari Messia aduentum.

at ubi apparuisset iam & doctrina & miraculis & conuersatione, tum coepit illico contemni, haberi odio, prosciendi: nec quietum est, donec actus esset in crucem adest & verè dixerit Simeon, postum eum esse & in ruinam & in resurrectionem mortuorum in Israël, Luc. 2. Idem testatur hodiernum Euangelium. Nam infans inductus in templum Ierosolymis, à nemine ferè ibi agnitus est, nisi à Simeone sene, & Hanna vidua imò clarus etiam iam doctrina & miraculis, vt dictū est, à paucissimis tamen pro Messia est habitus. Vnde & Iohannit cap. primo: In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit. In propria vena, & sui eum non receperunt. Relucet ergo & hic verè Messiam esse Iesum nostrum.

4. Quartò ostenditur quid facturus esset Messias. Nam dominus inquit: *Et quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis constans, & quasi herba fullonum, & sedebit constans ac emundans argentum, & purgabit filios Levi, & colabit eos quasi aurum, argenteumque, & sacrificabunt domino in iustitia, & placabit domino sacrificium India & Ierusalem, sicut in diebus antiquis.* His verbis describit Messiae opus seu officium, quod Officium nimirū omnes immūdos ac peccatores purgaturus iustificatur usque esset, atq; facturus eos filios Levi seu Sacerdotes, quod possent offerre spirituales hostias, puta sacrificia iustitiae, laudis, gratiarū actionis, Psal. 49. totius corporis, Rom. 12. & misericordiae, Philip. 4. Cordis contriti & spiritus contribulati, &c. Psal. 50. Quām efficaciter dominus Iesus huiusmodi officium executus sit, satis copiosè testantur libri noui testamenti: sed breuissimè simul ac luculentissimè Ioannes Euangelista id testatur, sic inquiens: Iesus Christus est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terra: qui dilexit & lauit nos à peccatis nostris per sanguinem suū, fecitque nos reges & sacerdotes Deo ac patri suo, Apocalypsis primo.

Ex præmissis verbis etiam datur intelligi, Messiā culatum Dei, hoc est, doctrinam, sacrificia, & vitæ innocētiā repurgaturū, restituturū, que doctrinæ nisset in mundum, sanctā legem Dei, à traditionum humanarum fece utique verè purgauit. Is quoque verū sacrificia, legē, vi-

I N F E R I S

*te que innocentia.* cristicādi modum, ab omni repurgatum hypocrisi, ac spiritu & veritate constantē, nobis tradidit. is denique veræ innocētiae semetipsum nobis proposuit exemplum, adeoque & impios per sanguinis sui purgationem vera innocētia ac iustitia donauit. Et sanè per hunc vnu placent sacrificia nostra, cultūque Deo, alioqui per se imunda & imperfecta. Nō enim est in alio quopiam salus, Act. 4. & in hoc filio sibi complacet pater cælestis.

Nostrarum  
partium est  
Christo no-  
stro offerre  
spirituales  
hostias, nec  
non cùs in-  
stite tum  
gratitudinis  
sacrificia.

Quum igitur & nos à Iesu Christo in baptismo purgari sumus per ipsius sanguinē, sicque consecrati omnes in spirituales sacerdotes, offeramus ipsi etiam huiusmodi sacrificia Christo nostro, simusque grati pro accepta redēptione: ipsi tanquam dominatori obediāmus, seruiamusque: ipsi tanquam angelo testamenti fidamus, amoreque adhæreāmus: ac iuxta ipsius præscriptum & doctrinam, vitam nostram instituāmus: sicque sacrificia nostra verè sicut Deo grata, consequemurque pro iis præmia & temporalia & aeterna.

E P I L O G Y S.

1 Ecclesia hic colligit tam Heliæ spirituales quam Messie aduentum: quorum alter est salvator, alter testis, Ioannes angelus, Christus Iesus dominator, angelus testamenti, & dominus templi, contra Iudeos qui solum hominem expectant. Nemo enim hominum, ne ipse quidem Salomon poterat templum Ierosolymitanum vocare suum templum, sed hoc solius Dei erat, Hiero. 7. & Ija. 44. Vnde futurus erat Mæsias verè Deus, non solum homo.

2 Malitia mundi & peruersitas, suapte culpa Mæsiam non recepit, quia ignem conflagitorum & herbam fullonariam mundo se exhibuit. Scabiosi enim lixinium ancescuntur, sic mundus in maligno positus, expurgatorum ignem eum & herbam fullonariam non expauescere non potest. Mundus enim non amat nisi commode scalpentem.

3 Officium Mæsiæ, purgare iustificare peccatores immundos, atque eos filios Leni seu sacerdotes mysticos consecrare. Isa. 1. Exequam ad purum seioriam tuam, & auferam omnē stānum tuum, & restitam iudices tuos sicut fuerunt prius, & consiliarios tuos sicut fuerunt antiquissimi: post hac vocabens ciuitas iusti, r̄bs fidelium. Et officium mundatorum Christianorum, sacrificare redemptori sanctas & immaculatas hostias. Sanctus est: id est sanctissimi r̄bi suos esse ministros. Sanctificatio nostra, eius est voluntas. 1. Thes. 4.

In illo temp. Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ secundum legem Moysi, &c. Fines Euangelij, Et gloriā plebis tue Israel.

Luc. 2.  
Levit. 12.  
Exod. 13.  
Num. 8.

Oc Euangelium complectitur tria. Primo, legem de purgatione. Sic enim scribitur Levit. 12. Mulier si suscepit semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus: & die octauo circuncideret infantulus: ipsa vero trigesinta tribus diebus manebit in sanguine purificationis sua. Omne sanctum non tangat, nec ingredietur in sanctuarium, donec impleantur dies purificationis sua. Ad hanc legem Maria non tenebatur: nam Christum concepit de Spiritu sancto, peperit virgo, & permanuit virgo. Ad hanc nulla in conceptione & partu fuit inquinatio: unde & nulla indiguit purgatione, quemadmodum aliæ mulieres, quæ laxa virginitate ex virili semine concipiunt factum. Fætus nanque Mariæ caelestis, nec ingrediens nec egrediens virginalis uteri claustra violauit, sed consecrata potius & consignauit, ne in postrum etiam vel corpus illius veluti templum semel Deo dicatum, vel animus Deo myrothecium sancti Spiritus, ullis humanis inquinamentis pateret. Ipsa quippe designata fuit per portam illam, de qua mentionem facit Ezechiel. 34. cap. d. Porta hæc clausa erit, & non aperietur, quoniam dominus Deus ingressus est per eam: eritque clausa principi. Hac tamen obedientia & purgatione suam humilitatem & charitatem declarauit. Sequitur aliarū feminarū consuetudinem, ingreditur templo domini post statos purgationis dies, offert munera & sacrificia in lege Moysi præcepta. Quo exemplo docet ut charitatis rationem habeamus, vt in gratiam aliorum aliquid faciamus, et si ex officio non debeamus: modò citra conscientiæ labem aut periculum fieri possit: quemadmodum apostolus cum liber esset, omnium se seruum fecit, vt plures lucifaceret, &c. i. Corinth. 9. & ut corruptæ mulierculæ non grauentur templo domini se presentare, sùasque proles Deo offerre.

Legi purgationis maria obnoxia non erat.

Fætus marie caelestis nō violauit eam, sed consecrata & consignauit.

Humilitas & charitas marie declatur in obedientia purgationis.

I N F E R T I S.

Sic Anna filium suum Samuelem obtulit domino. r.  
Reg. i. Ad hoc maximè nos prouocant exempla Chri-  
sti, ac virginis Mariae. Nam Paulus ad Philippien. 2. ait:

*Proximis o-  
portet nos i-  
ta esse affe-  
ctos, quæad-  
modum Chri-  
stus nobis.* Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu id  
est, ( secundum Augustinum ) sitis affecti vestris pro  
ximis eodem affectu, quo Christus fuit erga vos. Sicut  
Christus vos amauit, ita & amate proximos vestros. Et  
Maria ne scandalo esset, neve peccandi anam vicinis  
præberet matronis, templum , quanvis non teneatur,  
accedit , offertque filium suum Deo Patri . Sic filius,  
Matth. 17. ne scandalizaret vestigia colligentes, didrach-  
ma soluit. Sic Paulus potius quam per escam scandalizaret fratrem , mauult non manducare carnes in æter-  
num. 1. Corinth. 8.

*Lex oblatio-  
nis & redē-  
ptionis pri-  
mogenitorū.* 2. Complectitur legem de oblatione primogenito-  
rum in templo Dei. Sic enim scribitur Leuitici 12.  
Cum expleti fuerint dies purificationis sua pro filio  
sue pro filia , deferat agnum anniculum in holocau-  
ustum , & pullum columbae , sive turturum pro peccato.  
Quod si non inuenierit manus eius , nec poterit offer-  
re agnum, sumet duos turtures, vel duos pullos colum-  
barum, unum in holocaustum , alterum pro peccato: o-  
ptabitque pro ea sacerdos , & sic mundabitur. In hac le-  
ge duo sunt obseruanda: Alterum, pro qua re sit hostia  
offerenda : nempe, pro primogenito . sic enim scriptum  
est, Exod. 13. Omne masculinum adaperiens vuluam,  
sanctum domino vocabitur. Alterum, qualis sit hostia  
offerenda: nempe, agnus, turtur, aut pullus columbae: aut  
si haec haberi non poterunt, duo turtures, aut duo pulli  
columbarum, Leuit. 12.

*Lex redem-  
ptionis pri-  
mogenitorū  
Iudaicis ob-  
tres cauſas  
data.* Hanc legem Deus Iudeis dedit ob tres cauſas. 1. Vt  
in memoria haberent quomodo Deus in corum ex Ae-  
gypto migratione, omne masculinum percuſſerit in-  
ter homines & pecora. Exod 13. Sanctifica mihi omne  
primogenitum quod aperit vuluam in filiis Iſraël , tam  
de hominibus quam de iumentis. Mea enim sunt o-  
mnia, &c. Et in monte Sinai sic ait, Nume. 8. Mea sunt  
omnia primogenita filiorum Iſraël , tam ex homini-  
bus quam ex iumentis, &c. 2. Ut sacerdotes & Leuitæ  
victum inde haberent, qui alioqui nullam in tetra

ista fuerant sortiti hæreditatem , Num. 18. Item cap. 8. Vide ibi ad longum. 3 Ut nos admoneret de ho-  
fia veri primogeniti domini nostri Iesu Christi , qui  
est primogenitus inter omnes fratres , Rom. 8. quem  
sacrificia legis veteris figurabant. Vnde nec sine ma-  
gno mysterio agnum typicum non obtulit , quum a-  
gnus ipsum exhiberet domino , qui tollit peccata mun-  
di , Iohan. 1. Sed par turturn pro se offerri voluit , vt  
ostenderet quid ex castissimo coniugio procreatus sit.  
Aut duos pullos columbarum , vt multiplicatio prolis  
huius signetur.

Quantum nunc attinet ad cæremonias illas veteris  
legis , hæc lex est abrogata. Hinc ait Paulus , Non estis  
sub lege , sed sub gratia. Lex fuit paedagogus ad Chri-  
stum. Rom. 6. Gal. 3. Lex illa purificationis admonebat  
Iudeos ipsos esse conceptos in peccatis ac turpi concu-  
piscencia. Psal. 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus  
sum , & in peccatis concepit me mater mea.

Quicquid vero nūc attinet ad iustificationē & obediē-  
tiam legis implendam , hæc lex non est abrogata , sed te-  
nemur ipsam legem implere , vt quæ suos obseruatores  
magis ac magis iustificet. Lex illa quanuis non obliget  
Propter autoritatē Mosis , tamen quia gloriæ Dei nō ad-  
uersatur , est utilis & honesta. Nō video cur & nunc inter  
Christians nō debeat obseruari. Philip. 4 Quæcunque  
sunt vera , quæcunque pudica , &c. hæc cogitate.

Mysticē designatur fidelium gratissima Deo per has  
aues oblatio. Columba simplicitatem , turtur castitatem  
designat , quia & simplicitatis colubā , & castitatis ama-  
trix est turtur. Vnde in laudibus Ecclesiæ loquitur do-  
minus . Cantic. 1. Pulchra sunt genæ tuæ vt turturis.  
Ecce tu pulchra es amica mea , ecce tu pulchra : oculi  
tui columbarum. Genas quippe turturis habet , qui ab  
omni impudicitę peste castum se custodit & mundum.  
Oculos columbarum habet , qui nulli nocere deside-  
rans , etiam inimicos simplici amore intuetur. Simplex  
ergo & pudica fidelium conuersatio , gratum est Deo  
sacrificium iustitia . Item vtraque avis gemitum pro  
cantu edit. Sic qui laborat in gemitu suo , qui lachry-  
mis stratum suum per singulas noctes abluit ; acceptis-

*Christus re-  
rus primoge-  
nitus , verus  
agnus , &  
vera noue-  
legis oblatio.*

*Lex purifi-  
cationis quid  
admonebat.*

*Lex purifi-  
cationis quam  
us non obli-  
get propter  
mosen , est ta-  
men in no-  
ua lege viti-  
lus & hone-  
sta.*

*Mystica fi-  
delium obla-  
tio adūbra-  
tur.*

IN FERIIS

sumam prorsus Deo victimam mactat. Sacrificium Deo  
spiritus contribulatus, Psal. 50.

*Simeonis laus ex Euā gelio.* 3 Euāgeliū hoc complectitur Simeonis vitam, & cā-  
ticum, cū ait: *Homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon. Bo-*  
*næ famæ boniq; nominis claritate notus & famosus in*  
*civitate sancta, religione & studio legis famosus, Acl. 2.*  
*Et homo iste iustus. Nam veram iustitiam, qua ex fide viua-*  
*in Christū paratur, habebat. i. Iohan. 3. Qui facit iustitiam,*  
*iustus est, crātque in religione Christi optinē institutus.*

*Timor filia-  
lis.* *Timoratu erat. timore casto, sancto & filiali, sine quo*  
*iustitia difficultè custoditur, quia iustus quantò plus di-*  
*ligit Deum, tantò solertiùs offendere cauet. Nam vt*  
*scriptura docet, & prima rudimenta nostra religionis*  
*catholice nobis tradunt, initium sapientiæ est timor*  
*domini, Ecclesiastici 1. Hic timor senem Simeonem ti-*  
*moratum fecerat & iustum, Proverb. 15. Per timorem*  
*domini declinat omnis à malo. Et Ecclesiastæ 7. Qui*  
*timet Deum, nihil neglit. Qui verò sine timore est,*  
*non poterit iustificari.*

*Simeonis charitas.* *Erat expectans consolationem Israēl. Nec tantum bene*  
*ordinatus erat erga Deum, sed etiam ad proximū. Nam*  
*non suam tātūm, sed populi expectabat consolationem,*  
*peccatorum remissionem, à diabolo & inferno redem-*  
*ptionem, & æternae vitæ adoptionē. Senecta iam frigi-*  
*dus, sed spiritu feruēs: effēto corpore, sed animo vegeto:*  
*ætate marcidus, sed vita innocentia iam floridus: nimi-*  
*rūni verē iustus, verēque pius ac religiosus, non venans*  
*exemplō Phariseorum gloriam ac questum ab hominī-*  
*bus, commodūmque proprium, sed publicæ salutis audi-*  
*dus, quem nulla voluptas in hac vita temorabatur, nisi*  
*vt videret oculis suis cum quem in hoc prophetarum*  
*oracula promiserant venturum, vt consolaretur Israē-*  
*liticum populum. Isa. 40. Vera pietas ex fide, charitate,*  
*& timore constat.*

*Et spiritus sanctus erat in eo. Nam iustus esse quis non*  
*poteſt, quin spiritum sanctum in ſe habeat. fides enim,*  
*timor atque charitas ita animam impij emundant, vt*  
*peccata ac timorem seruilem foras expellant, ipſimque*  
*exortent. i. Iohan. 4.*

*Docemur igitur eos tantum dignos esse diuina reue-*

latione & spiritu sancto , qui iusti sunt ac timorati , ac charitate exornati . Isa . 66 . Ad quem respiciā , &c . Sap . 1 . In malevolā animam non introibit sapientia , &c . Iac . 4 . Deus superbis relifit , humilibus autem dat gratiam .

Hic Simeon ingenti desiderio ardebat videndi Christum . Quodammodo orabat dicens , Quando venies quando nasceris ? quando videbo ? O si vivam : ô si non moriar antequām ipse veniat ! Mitte domine quem mislatus es , Exod . 4 . Quia ergo spiritualem , nō carnalem Iudaeorum consolationem votis omnibus expectabat & precebat , Responsum accepit à spiritu sancto , non risurum sē mortē , nisi prius videret Christū domini . Hoc est , cū quē Deus vñxerat supra omnes mortales , ut aeterno regno , nec vñquam finiendo sacerdotio potiretur . Hinc docemur ,

1 Quod Deus iustas & sanctas petitiones libenter exactias , quando ea quæ ab ipso petimus , ad gloriam Dei , proximique utilitatem dirigimus , Proverb . 10 . Desiderium sum iustis dabitur .

2 Docemur viros iustos ac timoratos qui in charitate sunt fundati , non tantum esse sollicitos de sua salute , verum etiam de salute aliorum . Ita Moses orat pro populo , Exod . 32 . Ita David , ita Paulus , ita hodiernus senex Simco sollicitus erat pro salute totius populi Israëlitici : ita & nos esse debemus .

Hic Simeon responso tam læto accepto à spiritu sancto , venit in eodem spiritu in templum . Quo docemur spiritum sanctum neminem dehortari à publicis & ecclesiasticis conuentibus , sed maximè delectari siquando filii Dei conuenientes in vnum sic solent uno ore glorificare Deum & patrem domini nostri Iesu Christi . In cuius rei signum , Apostolis , quibus erat cor vnum & ecclesiasticis , anima vna in domino , apparuit & venit spiritus sanctus . sed delectatio Satanæ igitur inuentum est , quod Anabaptistæ publicos Ecclesias conuentus contemnentes , aut in silvas , aut in priuatas domos se recipiunt , sic declarantes opera sua in digna esse quæ proferantur in lucem , Iohan . 3 .

Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius ut facerent se baptiste secundum consuetudinem legis pro eo : & ipse accepit eum in vlnas blicos Ecclesias , & benedixit Deum . Sic solet fieri iis qui ductum spiritus sancti sequuntur . Neque enim potest mentiri qui contemnit .

Spiritus s. revelatione & inhabitatione qui digni sunt . Sane nō feruens desiderium & oratio .

Petitiones iustas & sanctas Deus libenter exactas . Charitas nō tantum de sua , sed et aliorum salutis sollicita est .

Spiritus s. nemine dehortari à publicis & ecclesiasticis conuentibus , sed maximè delectari siquando filii Dei conuenientes in vnum sic solent uno ore glorificare Deum & patrem domini nostri Iesu Christi . In cuius rei signum , Apostolis , quibus erat cor vnum & ecclesiasticis , anima vna in domino , apparuit & venit spiritus sanctus . sed delectatio Satanæ igitur inuentum est , quod Anabaptistæ publicos Ecclesias conuentus contemnentes , aut in silvas , aut in priuatas domos se recipiunt , sic declarantes opera sua in digna esse quæ proferantur in lucem , Iohan . 3 .

quod Anabaptistæ publicos Ecclesias conuentus contemnunt .

## IN FERIIS

**Dens rult** dixit se inueniri ab illis qui ipsum ex animo querunt,  
**inueniri ab** Ierem. 29. Ingressus templum, plura accipit quām pe-  
**is, qui ip-** ter ausus fuit. petebat eum oculis cernere, & ecce præ-  
**sum ex ani-** ter omnem opinionem datur ut in vlnas recipiat & fo-  
**mo querūt.** ueat. Non potuit maior gloria in hoc mundo. Simeoni  
 contingere, quām saluatorem non tantū videre, ve-  
 rūm etiam gestare, contingere, amplecti, & osculari. Ge-  
 stabat in manibus pretiū mundi, redemptionem Israë-  
 lis. O quām felix & ineffabile gaudium, pium illud sen-  
 sit pectusculum, quum puerum illum tot milibus an-  
 norum expectatum, tam libera licentia pro voluntatis  
 beneplacito amplexatur, deosculatur! Verisimile est  
 dixisse hoc Canticorum 3. Inueni quem diligit anima  
 mea: tenebo eum, nec dimittam. Quis enim ignepi con-  
 sumētem in sinu portet sine combustione? fonti se im-  
 mergat sine madefactōne? Nouit se contactu sancti  
 sanctorū indignum, sed vicit amor vehemens rationem,  
 & ad uisionem & amplexum impulit senem. Hinc, eru-  
 pit mox defectura vox in laudem Dei, veluti cygneam  
 quandam cantionem promens. Nam suscepto Simeon  
 Christo in vlnas cecinit, dicens:

**Nunc dimittis seruum tuum domine secundum verbum tuum**  
**in pace: Quia** viderunt oculi mei salutare tuum, **Quod parasti ante**  
**faciem omnium populorum: Lumen ad reuelationem gentium,** &  
**Simeonis cā** gloriam plebis tue Israël. In hoc cantico facit tria.  
**ricum con-** i. Cōmitit sese volūtati Dei, dicēs, Nunc dimittis, &c.  
**tinet tria.** Quasi dicat, Nunc lubens moriar, nunc mihi mors desi-  
 derata atque expectata aderit: nunc quod diu optauī,  
**Qui honorū** adeptus sum. Idem dicebat Dauid Psal. 4. In pace in id-  
 operum via- ipsum dormiam & requiescam. Qui enim viaticum  
 sicūm hic si- bōnorūm operum hic sibi comparauerunt, libenter ex hoc  
 bi compara- seculo proficiscuntur, scientes quōd Beati mortui qui  
 uerunt li- in domino moriuntur, Apoc. 14. & illud Sap. 4. Iustus si  
 bēter ex hoc morte præoccupatus fuerit, in refrigerio crit. Vnde &  
 seculo profi- sancti pro carcere hunc mūdum habent. Heu me, inquit  
 cescuntur. Dauid, quia incolatus meus prolongatus est. Et Apo-  
 Sancti pro stolis Ro. 7. Infelix ego homo, quis me liberabit, &c.  
 carcere hūc 2. Subdit rationem cur paratus sit mori. **Quia**, inquit,  
 mundū ha- viderunt oculi mei salutare tuum. Hoc est, saluatorem mun-  
 bent. di, qui satanam deuicit, mortem aboleuit, tartara con-

fregit, peccata tulit, & torti humano generi opem vitam. *Christus sa-*  
*que præstiterit de quo Isa. 52. Videbunt omnes fines terræ lutare Dei.*  
 salutare Dei nostri, unde postmodum Lucas 9. ait, Filius  
 hominis non venit animas perdere, sed seruare.

3 Ostendit quis sit saluator ille. *Quem tu Deus, inquit,*  
*parasti ante faciem omnium populorum: Lumen ad reuelationem*  
*gentium, & gloriam plebis tue Israël.* In primo aduentu om- *Primum*  
*nibus paratus est, ut credant, diligant & sanentur: & om-* *Christi ad-*  
*nibus pateat accessus. Non est acceptio personarum a- uentus om-*  
*pud Deum, sed in omni gente qui timet Deum, & ope- nibus placi-*  
*ratur iustitiam, acceptus est illi. Act. 10. Differenter ta- dus & pa-*  
*men, Rom. 15. Dico Iesum Christum ministrum fuisse ratus, Iu-*  
*circuncisionis propter veritatem dei, ad confirmandas deis ex pro-*  
*missiones patrum: gentes autem super misericordia missione, &*  
*honorare Deum, sicut scriptum est, &c.* *tibus ex gra-*

Ex hoc vero lumine Christo instituit Catholica Ec- *tia.*  
 clesia ut festo hoc Christiani omnes celebrantes proce- *Originem*  
*sionem Mariae, Ioseph, Christi, Simeonis, ferrent cereos institutionis*  
*consecratos: quos aduersus magorum præfigias & ma- luminarii*  
*chinationes diabolicas, plurimum experimur habere ex Christo*  
*virtutis.* *vero lumine*  
*instituit Ec*

1 *Sicutitur puer Iesus domino & deo Patri, ut doceat presentare* *clesia.*  
*in lege gratia nosipos deo. Rom. 12. Obsecro vos fratres ut exhibe-*  
*beatis corpora vestra, &c.*

2 *Exemplum Christiani hominis in Simeone, qui pius ac iustus,*  
*& in quo Spiritus sanctus erat.*

3 *Cum pace recedat ex hoc mundo, qui intelligit quid Deus erat*  
*in Christo mundum sibi reconcilians. 2. Cor. 5.*

## DE BAPTISMO CHRISTI

### E V A N G E L I U M .

*In illo tempore. Venit Iesus à Galilaea in Iordanem, &c. Finis Euangeli: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* *Matth. 3.*  
*Marc. 1.*  
*Luc. 3.*  
*2. Pet. 1.*

**B** E baptismo Christi nobis tria veniunt obseruanda.

1 Primò, circumstantiae. I Quando Christus *Anno at-*  
*fit baptizatus: nempe, tricesimo sue aetatis tuæ trice-*  
*anno, decimoquinto anno Tyberij sub Pilato & He-* *simo Chri-*